

1862, 20 Januarii

GREGORIUS PP. XVI.

Dilecte Fili Noster salutem et Apostolicam Benedictionem. Nuper gavisi fuimus in Domino tamdiu exploratam affectionem erga Nos animi Tui in alma Domo Laurentana recognoscentes, ac deinde istic in ipsa Sede honoris Tui; gaudemus nunc iterum sensus eosdem Litteris conspicientes a Te confirmatos, cum solemniter instarent Natalis Christi Domini. Nam factas a Te pro Nobis ad thronum gratiae preces significas, et, quam positam habes in Dei benignitate, fiduciam, eas Ipsi acceptas fuisse. Vota huiusmodi ex animo ab homine facta, qualem Te esse novimus, confidimus et Nos Dominum propitium esse respecturum; et quo magis de intimo affectu cordis Tui certi sumus, eo majores Tibi gratias agimus, eoque impensius, omnia invicem Tibi, Dilecte Fili Noster, fausta et felicia ab eodem Nato ex Virgine pro Mundi salute Dei Filio precamur. Signus autem paternae in Te et Irigem pastoralis vigilantiae Tuae creditum caritatis Nostrae Apostolicam Benedictionem Tibi, Dilecte Fili Noster, et eidem Regi peramanter impertimur. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XX. Januarii MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno Undecimo

Gajpar Gajparini

Istituto Campana Osimo ®

Dilecto Filio Nostro
Ioanni Tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum
Presbytero S. R. E. Cardinali Soglia
Episcopo Auximano et Lingulano